

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Incipit sextus liber decretalium

Bonifatius <VIII., Papst>

Uenecis, 6.XI.1484

Venetijs per Baptistam de Tortis die .vi. Novembris M.cccc.lxxxiiij

[urn:nbn:de:bsz:31-321570](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-321570)

Et facit quod dixi. s. eo. cum quid vna.

Ata rome apud sanctum petrum. No. ar. q. tabellio in instrumeto debet scribere locum in initio. s. et d. dixi. s. e. li. d. re iudi. abbate. s. ad. fi. io. an.

Quinto nonas martij. i. tertia die intrante martio. Scire debes quod mensis dividit per calendas nonas et idus. Et dicuntur calende a calo. i. yoco quod tunc sic

bat vocat ad nudinas. et iste nundine fiebat in quinto die

vel septimo mensis ut pater in calendario. vnde in prima die mensis dicitur calendis. in secundo dicitur quarto nonas. in

tercio dicitur sexto nonas. quod sunt quidam menses qui habent sex nonas. alij quattuor tantum. et hi qui habent sex

sunt quattuor tantum. s. Martius maius iulius october. vii. versus. Sex nonas martij octob. r. iulius et mars. Quattuor ac reliqui tenet idus quilibet octo

In martio igitur prima die dicimus calendis. secunda sex nonas. i. sexto die ante nonas. in tertio. v. nonas. i. quinta die ante nonas et sic deinceps. septi-

ma die dicebamus nonis. quod eodem die erat nundine. Si vero mensis habeat quattuor nonas tantum: secunda die dicebamus quarto nonas. quinto die diceba-

mus nonas. quod eadem die erant nundine. Post has nonas siue essent in quinto siue in septimo die secundum diversitatem mensium quod posui denotabam dies ab

idus. Idus autem interpretatur divisio. quod tunc dividebantur nundine. et quod idus semper erat. vii. die post nonas. quod quolibet mense per. vii. dies durabant

nundine. id statim post nonas siue. v. siue. vii. die dicebatur. vii. idus. i. octavo die ante idus. sequenti die dicebatur. vii. idus. i. septima die ante idus. subsequen-

ti. vi. idus et sic de singulis. Tertiadecima die cum mensis habeat quattuor nonas tantum. vel quinquadecima cum habeat. vi. dicimus idus. quod tunc dividebantur nundine. deinde denominabamus per calendas. ut si mensis habeat. xxxi. die. et. iiii.

nonas tantum sicut ianuaris. post idus. xix. calendas. et demum. xviii. et demum xvii. usque ad calendas. i. octava die ante calendas. Cum ergo dicimus. xv. calendas martij idem est dicere. xv. die ante calendas martij. i. xiiii. die exeunte

februario et sic de singulis. Si autem mensis habeat. xxx. dies post idus dicimus xviii. calendas. et demum. xvii. et sic de singulis usque ad finem. Si vero mensis habeat. xxviii. ut februius: tunc post idus sequenti die dicimus statim. xvi. calendas. Si vero mensis habeat. xxxi. dies et. vi. nonas ut martij tunc post idus

sequenti die dicimus. xvii. calendas et sic de singulis usque ad calendas. et cum dicimus. xvii. calendas aprilis. i. xvii. ante calendas. i. xvi. exeunte martio.

Idem in aliis. Menses autem quot dies habent not. per hos versus. Junius aprilis septemque novemque tricenos. Plus enim reliqui: sed habet februs octo vice nos. Cui si bisextus fuerit superaddit unus.

Pontificatus. Scire debes quod romani pontifex ex sola electione facta a duabus partibus cardinalium vocem habent ius. de quo dicitur. s. e. li. de elec. vbi periculum. presulatum assumit. s. de elec. l. de vitanda. Sed consuetudo est romanorum pontificum que potius eorum solito usum quam iure roborat quod post electionem ante consecrationem et coronationem non scribunt pontificatum in data. hanc predicta decre. licet. s. de elec. dicat romani pontifex habeat qui a duabus partibus etc. In quantum dicitur pontifex: videtur quod extunc pontificatus scribere possit. tunc pro illa consuetudine facit lex. l. de quadri. prescrip. l. vii. in fi. ibi: ex quo imperiales suscepimus infulas. vnde et dies coronationis dicitur ortus imperij. sic potest intelligi. l. de fer. l. vlt. nec dicitur imperator nisi corona suscepta ff. de testa. mili. l. antepe. sicut nec archiepiscopus nisi recepto passio. s. de usu pal. nisi. ad idem. l. li. xii. de decu. l. fi. ff. de re mili. l. ex eo. in auct. de consu. in fi. colla. v. sed tunc ante confirmationem scribunt ante datam locum et diem ponendo. data suscepti a nobis apostolatus officij anno etc. et tunc etiam non scribunt se simpliciter episcopus sed sic scribunt. talis pater bonifacius electus episcopus. Item tunc non bullant bulla integra: sed tunc temporis siquas litteras concedunt ponunt mediam bullam. i. illam partem que habet capita sculpta. et ex alio latere quo ponitur nomen plana est bulla sine nomine. Post coronationem autem scribunt pontificatum in data vnde quod prius scribebant data suscepti a nobis apostolatus officij scribunt data pontificatus nostri. Item vocant se simpliciter episcopus et dant bullam cum nomine suo. Et sunt hec bene notanda. quod iam videtur in quadam ecclesia cathedrali hic vicina cuius nomen sileo secundum expectationem tunc ex hoc errore in assecutione prebende primo preferri. Et hoc modo bonifacius fuit electus die secunda exeunte decembri. coronatus et consecratus fuit die. xliii. ianuarii. Habebat unus expectans eius auctore litteras cum tali data. data. iiii. calendas ianuarii pontificatus nostri anno. iiii. Alius expectans eadem auctoritate in eadem ecclesia habebat litteras huius date. data nonas aprilis pontificatus nostri anno. iiii. et hoc est dicere data. v. die aprilis. et superior data tertia die exeunte decembri. ut. s. dixi. pxi. glo. vacabat prebenda in illa ecclesia et querebatur cui deberetur: et errore peritorum huius iuris hunc modum ignorantium pronuntiatum et obtentum fuit illi qui habebat datam sub tertia die exeunte decembri priorum esse et debere preferri. quod considerabant dicti iurisperiti quod siue annus inciperet a promotione romani pontificis que fuerat ut predicti die tertia exeunte decembri siue a nativitate omnimodo ille erat primus. et verum dicebant illo modo computando. sed quod annus pontificatus incipit a consecratione et coronatione non ab electione ut. s. dixi. que coronatio ut predicti fuerat. xliii. die ianuarii. ideo male fuit obtentum. et huius rei errore fuit posteriori priori prelati. quod certum est quod ex quo annus pontificatus bonifacij incipiebat ut predicti quod is qui nonas aprilis. i. quinto die aprilis habuit gratiam precedebat in gratia illum qui habebat datam sub tertio die exeunte decembri. i. iiii. calendas ianuarii eodem anno fere in nono mensibus ut clare potest computanti. Semper ergo iurisperiti qui pronuntiare habent super posteritate et prioritate impetrantium advertere debent diem pontificatus. i. coronationis

qui legis verba complectens contra legis nititur voluntatem.

ut recte pronuntient. et idem in similibus casibus. et hoc alias ut dicitur non bene probatur. qua de causa ut talis error ab eis evitetur: sic hic scripti quod alias scriptum non reperi.

Anno quarto. Fuit hec data et iste annus pontificatus fuit currentibus annis dicitur. Ad. cc. xxviii. Quero autem quando inceperunt

Ata rome apud sanctum petrum quinto nonas martij pontificatus nostri anno quarto.

tempore huius publicationis post duos menses. in auct. ut facte non

constitutiones in rubro et nigro circa p. n. s. ut autem apertius. et hoc tenet ber. s. in p. n. in fi. glo. r. s. de consti. c. ii. et facit quod not. de postu. prela. c. i. cum enim id sit iure civili expressum. et nostro iure contrarium expresse non sit cautum: ergo illud ius servabimus. et ideo

in hoc finitibus duobus mensibus. s. iiii. die intrante maio eodemque anno inceperunt ligare. Item et nostro videtur iure roboratum. s. ne cle. vel mo. c. vlt. r. s. de sen. ex. noverint. r. s. eo. li. de co. c. p. ben. quod cunctis. circa p. n. et in his omnibus. De hoc tamen videtur tenere io.

lxxvii. di. p. p. f. in glo. ex hoc quod finitibus canones ligat constitutiones post sex menses. allegat. xviii. di. c. vlti. quod de constitutione principis non loquitur sed quod illud tempus duorum mensium non sit tempus ordinario videtur probari. s. de pe. r. e. cum infirmitas. vbi constitutio principis non ligat: nisi ex quo per prelatos fuerit publicata. ad idem. s. e. li. de preben. cum singula. vbi datur unus mensis a tempore noticie. ad idem in auct. ut in privatis. de facta mi. no. fi. circa fi. coll. v. vbi dantur tres menses. et in auct. ut neque miles neque federat. s. si igitur colla. ix. vbi dantur. xxx. dies tantum. Dicitur accuri. quod in predictis. l. dicitur esse speciale. et idem de supradictis decre. est dicendum. fateor enim quod hanc constitutionem principis liget post duos menses ut. s. dixi. id locum habet cum in ipsa constitutione aliud non cauetur nec tempus adijcitur: illud enim servandum est. et intelligitur sic contraria vtriusque iuris. De hoc habui questionem de facto a principio huius libri. Et dicebant contra me quidam advocati quod constitutiones huius libri non ligant: nisi ex quo iste liber est publicatus bono. ut sic ignorantibus non ligarent. per. c. p. p. f. lxxvii. di. r. xxxii. q. iiii. dixit sara. et ego contra eos dicens quod finitibus dictum ipsorum in civitatibus in quibus non viget studium. et ad quas liber iste directus non fuit ad huc constitutiones huius libri non ligarent quod esset absurdum. Satis ergo probabili ratione id tenendum videtur quod. s. dixi. et audiui etiam tempore Nicolai tertij castam electionem cuiusdam episcopi. quia non servauerat decre. cupientes. s. eo. li. de elec. que tunc ante duos menses solimodo fuerat publicata. An autem constitutio respiciat pendencia. dixi. s. eo. li. de elec. licet canon. Que his scriptis sunt supflua defectuosa vel falsa reddenda supplenda et corrigenda se offerunt in quibus aliquantulum excusari mereor. quod corrigi sum parat. tum quod ex quo scribere cepi singulis quasi diebus binis lectionibus et alijs preter lecturam inevitabilibus negotiis implicatus singula ponderare non potui. tum quia domini mei superius iam dicti mandato et studentium devictis instantia ea non meo velle librata: publicare compello. quinimo etiam ex falsis scriptis finitibus philosophum secundo methaphisice comendabor. quia per ipsa veritatis investigatione materiam aliam preparavi. Suscipiant igitur istud studentes minute scientie labores meos reminiscetes quod vidua que obtulit duo sola minuta propter sui affectum larga plus omnibus dicitur obtulisse. marci. xii. xxiii. q. i. odi. de pe. vi. i. c. i. versus si. nam si deus dederit maiores et summe vires eis in posterum labores meos offeram iam hanc noviter inchoatos. Jo. an.

Venetis per Baptistam de Loris die. vi. Novembris. Ad. cccc. lxxxiiij.